



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

18 Vniones à 40. annis citra facta possunt ab Ordinariis locorum  
examinari, secus in factis supra 40. annos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

*fin: de jūr. patr. Felyn. in tract. quan. lit. A-  
post. noc. par. num. 1. vers. solutio, aut loqui-  
mūr, Covarr. pract. quest. cap. 36: numer. 1.  
nunquam tamen juripatronatus laicorum  
concedetur derogatum, nisi expressis verbis  
derogetur, quia talias collatio de bene-  
ficio juripatronatus laicorum de eo non  
facta mentione est subreptitia, & nihil va-  
let. Abb. in eo, cap. dum dilectus insin. Felyn.  
in d. tractat. quan. lit. Apost. noc. numer. 1.  
vers. aut loquimur. Lap. alleg. 96. numer. 2.  
& Covarr. ubi supra vers. que. secus tamen  
est in jurepatronatus ecclesiastico, nam illi  
concedetur derogatum per collationem à Pa-  
pa factam, etiam si in litteris nulla fiat  
mentio ejusdem juripatronatus ecclesias-  
tico, Felyn. in eod tract. numer. 11, vers. si  
mitatur tertio. Cassad. decis. 4: numer. 11.  
de probat. & Covar. ea. qu. num. 1. vers. quod 17  
non est longius.*

*16 Beneficiorum autem patroni talius  
cunque ordinis, & dignitatis, etiam si com-  
munitates, universitates, collegia quacun-  
que clericorum, vel laicorum existant, in  
perceptione fructuum, proventuum, ob-  
ventionum, quorumcunque beneficio-  
rum, etiam si vere de jurepatronatus ipso-  
rum ex fundatione, et dotazione extent,  
nullatenus, nullave causa, vel occasione, in  
illis se ingerere possunt, sed illos libere re-  
stori, seu beneficiato, non obstante etiam  
quacunque consuetudine, distribuendos  
dimittere debeat, nec dictum juspatrona-  
tus venditionis, aut alio quocunque titulo  
in alios contra canonicas sanctiones trans-  
ferre possunt, & si secus fecerint, excom-  
municationis, & interdicti penitentie subje-  
iuntur, dicto que jure patronatus ipso jure  
privati existunt, ut, eod. conc. cap. 9. sess. 25. 18*

dubitatum, an patronus beneficij in eius  
fructus se ingerens incidat in pœnam ex-  
communicationis, & privationis supra po-  
sitam in vers. si secus fecerint, excommuni-  
cationis, &c. adeo, ut ille versiculus, ne-  
dum, ad clausulam immediate preceden-  
tem, sed etiam ad superiorem referatur,  
fuit à prædicta sacra congreg. decisum,  
vers. si secus, &c. ad utramque clausulam  
esse referendum. Et patronos in prædictis  
fructibus se ingerentes in prædictas pœnas  
incidere, ut in decis. super d. c. 9. §. an patro-  
nus beneficij. Nam, quando una determina-  
tio refertur ad duo determinabilia, debet  
intelligi, ut æqualiter utrumque determi-  
net. Bart. in l. jam hoc jure, §. sed si aliter, n.  
1. ff. de vulg. & pupil. substit. & in l. si ligata-  
rius, §. cum ita, de legat. 3:

Accessiones autem per viam unctionis  
factæ de beneficiis liberis ad ecclesiæ ju-  
rispatronatus, etiam laicorum, subjectas,  
tam ad parochiales, quam ad alia quæ-  
cunque beneficia, etiam simplicia, seu  
dignitates, vel hospitalia, ita, ut prædicta  
beneficia libera ejusdem naturæ, cum ijs,  
quibus uniuntur, efficiantur, atque suo  
jure patronatus constituantur, hæ, si non  
dum plenarium sotitæ sunt effectum, vel  
deinceps ad cujusvis instantiam fient, qua-  
cunque auctoritate, etiam Apostolica, con-  
cessæ fuerint, sicut cum unionibus ipsiæ  
per subreptionem obtentæ intelliguntur,  
nec amplius sunt executioni demandan-  
dæ, quibuscunque non obstantibus, sed  
beneficia ipsa sic unita, occurrente vaca-  
tione, sunt libere, ut antea, conferenda,  
conc. Trident. ead. cap. 9. post. med. vers. in-  
super accessiones, sess. 25.

*18 Uniones etiam talium à 40 annis citra factæ  
ab Ordinariis, tanquam à Sede Aposto-*

lii 3. licet

lica delegatis, & possunt examinari, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ sunt declarandæ, illæ autem, quæ à dicto tempore citra concessæ nondum in toto, vel in parte sortitæ sint esse etum, & quæ deinceps ad ejuusvis instantiam fiant, nisi eas ex legitimis, aut alias rationabilibus causis, coram Ordinario loci, vocatis, quorum interest, verificatis, factas fuisse constituerit, per subreptionem obtentas fuisse presumi, ac propterea, nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino carere debent, concil. Trident. cap. 6. sess. 7. de reform. sed uniones perpetuæ supra 40. annos factæ ab Ordinariis examinari non possunt, ut in decis. manuscript. à sacra congregat. conc. super eod. cap. 6. factis. sub tit. Lancianen. & prætendens unionem supra 40. annos, eam Episcopo ostendere tenetur, ut ibi in eisdem decis. sub. tit. Spoletan.

19 Patronatus etiam quicunque † in ecclesiis, & quibuscumque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis acquisiti à 40. annis citra, & in futurum acquirendi, seu ex augmentatione dotis, seu ex nova constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostolice ab ijsdem Ordinariis, uti delegatis, ut supra, qui nullius in his facultatibus, aut privilegiis impediantur, diligenter congoisci debent, & quos compertum non fuerit ob maximam, evidentemque utilitatem ecclesiæ, vel beneficii, seu dignitatis necessitatem legitime constitutos esse, ita totum sunt revocandi, † atque beneficia hujusmodi sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo, quod ab eis propterea datum est, in pristinum libertatis statum induci debent, quibuscumque non obstantibus,

ut in eodem cap. 9. de reform. sess. 25.

Beneficia vero ecclesiastica libera in servitatem jurispatronatus absque evidenti Ecclesiæ utilitate redigentes, tanquam usurpatores jurisdictionis, & iurium Ecclesiæ, a mathematicis pœnam incurunt, ut in cap. 9. de reform. sess. 25. & faciunt. cap. prædia. & cap. qui abstulerit. 12. quæst. 2.

21 Neminique licet † nec communitatæ, nec aliis personis laicis possidere ecclesiæ cum earum bonis, absque consensu Sedis Apostolice, seu Ordinarii, sub prætextu, quod sint oratoria, seu eremitoria ab ipsis constructa, & dotata, licet de hoc nihil ostendant, nisi antiquam possessionem, & hoc etiam non obstante, quod ibi adhuc sepulturæ, vel campanæ supra teatrum, vel quod ibi habitaverint regulares personæ, à quibus postea fuerint destitutæ, quia iuspatronatus acquiritur fundatione, & dotatione, & contrafacentes pœnas incurunt, de quibus in eod. c. 9. sess. 25. & cap. 11. sess. 21. &c ut à sacra congregacione fuit super eod. cap. 9. decisum, ut in eisd. decis. 5. congregatio census nemini, &c.

22 Cognitio vero † validitatis, vel invaliditatis jurispatronatus, quando super eos oriri contingit, ad Episcopum duntaxat, non ad inferiores, qui jus habent instituendi, spectat, nisi hujusmodi inferiores ordinariam in eo loco haberent jurisdictionem, & ad ipsos inferiores, ad quos spectat institutio, pertinet etiam edictorum, sive citationum ad evocandos opposidores relaxatio, quæ fieri debent in presentationibus patronorum, & dicta edicta ponere ante institutionem presentatorum, ad eos spectat, ad quos ante concilium